



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de**

**Coloniae Agrippinae, 1655**

II. Lutherus complures Catholicae Ecclesiae ceremonias retinuit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

pafsim sub nomine Evangelicorum, Auguftanæ Confeflionis & c. latere gaudeant. Sed cui potius feftam hanc fimilem dicemus quam tricipiti cuidam & centimano monftro? In qua deferibenda operæ precium facturus mihi videor, quod à nemine, quod quidem ego fciam, ordo, ritus, & cæremoniæ, à Luthero eiusque fuccefforibus in ipforum Ecclefijs fancitæ, litteris confignatæ exftent, fic vt neque nobis Gallis Lutheranorum in Germania, neque Germanis Calviniftarum viuendi ac facta celebrandi modus cognitus fit & exploratus. Calviniftæ quidem, multo illis aftutiores, omnibus vitibus perfuadere nobis conantur, *fe à Lutheranis pro fratribus haberi, eundem effe cærum & eandem Ecclefiam* quamuis confiter, inter Catholicos & Lutheranos aliquas effe inducias, & aliquem confenfum vel tolerantiam; inter Lutheranos vero & Calviniftas bellum effe. *à cordo*, fic vt frigus cum calore, & tenebræ cum læce facilius conciliari poffint, quam Lutherani cum Calviniftis. Ordo vero, vel confufio, potius Nouæ huius religionis, quæ nondum vnum integrum vidit ſæculum, & factorum forma in libris pafsim editis, vt Statutis ecclefiasticis Marchionis Brandeburgici, anno M D XXXIIII, Mauritij Saxonie Ducis anno M D XLIV, Wolfgangi Comitis Palatini anno M D LVII, & poftèa anno M D LIX, regifis, Chriftophori Ducis VVirttembergici anno M D LXXI, Reformatione religionis per Ioannem Gulielmum Ducem Saxonie Ienæ anno M D LXXI, facta in qua ille quafi, nonus Pontifex, ait, *Se ex potestate clauium à Deo ſibi traditarum, ſtatueret, &c.* item in Viſitationibus Saxonie, ſub titulo, *Verordnung* & c. anno M. D. LXXV, & LXXVII, inſtitutis atque editis; nec non Ludouici Ducis Wirtembergici anno M. D. LXXXVIIII, Tubingæ, & alijs alibi excuſis, deſcripta exſtat. Vt de liberis Imperij ciuitatibus nihil dicam, quæ ſingulæ quoque fere propriam religionis, formam ſibi conſtruxerunt.

II. Sed videamus quibus factorum ritibus ac cæremonijs Lutherus primitiuam ſuam eccleſiam inſtruxerit atque exornarit, vt diuerſitas illa tanto magis appareat. Is non ignarus, religionem ſine cæremonijs diu conſiſtere non poſſe, multas res ac cæremontas ex antiqua illa Catholica eccleſia in ſuam tranſtulit, quæ adhuc in eius, quod etiamnum in Germania ſuperet, eccleſiæ ſimulachro vſurpantur. Idem ad Franciſcum Galliarum

regem ſcribens, ait: *quandoquidem Mundus cæremonijs carere non poſſit, nequaquam id ſe velle, vt veteribus abolitis, noua introducantur.* Nouerat quippe bonus hic Macchiavelliſta, ei qui ſtatim aliquem reipublicæ mutare, & nouam ſtabilite velit, quandam antiquæ faciæ retinendam eſſe, quo populo perfuadeatur, integra adhuc eſſe omnia, & in mutatione illa parum aut nihil eſſe momenti. Et templa quidem, quæ in Germania plurima ſunt & ſuntuoſa, initio integra & inuolata maſerunt, etiam monaſteria, medijs in ſyluis ac ſolitarijs locis poſita, ſic, vt nihil deiectum aut fractum fuerit, præter diuorum ſtatuas, & ijs tantum in locis vbi Carolſtadiani graſſati ſunt, aut Calviniftæ in Palatinatu: quam regionem ſolam illi antehæc tempora ſuæ ditionis fecerunt. Hinc ſi quis Catholicus in Lutheranorum templum ingrediatur, facile fiet, vt exiſtmet ſe in Catholicorum eſſe templo, quum maior hominum partem ex ſpecie externa potius quam interna atque ex ipſa veritate diiudicet.

III. Videbit ibi, ſi Molliotum de genere fuerint, vti in Dania & Sæcica, & aliquot Germaniæ locis *chorum à reliqua templi ſtructure ſeu nauis ſeparatum*, Occurrent ibi non minus quam apud Catholicos, *ſummum altare, cum appoſita Crucifixi imagine, duodecim Apoſtolorum ſtatue, diuerſa ſacella ſeu oratoria, baptiſteria, & in plerique organa Muſica, cerei & lampades ardentes, aliaque ornamenta eccleſiaſtica: quæ omnia expreſſas maiorum religionis notas præ ſe ferunt.* In compitis etiam Crucifixi imagines adhuc à Lutheranis reuerenter habentur, vt & ſacra in campis adicula, quas etiam ingrediuntur, & ante aram genibus innixi preces ſuas ſundunt. Sacella etiam diligenter ſartateſta conſeruant. Numquam vero templa (eccleſias enim dicere iam mihi religio eſt) ingrediuntur, quin, vt dixi, in genua prouoluantur, conuerſa ad ſummum altare facie, eiſdem fere quibus Catholicis ritibus & externa deuotione. Id enim Caroli V. Interemiſtica Religionis forma induxit, cui Rigidiôres ſe ſe vehementer oppoſuerunt, malentes exulare quam tales cæremontas pati.

IV. Quamuis autem Lutherani ſuos etiam veluti laruatos Epifcopos habeant & ſacerdotes, qui iſdem fere quibus Catholicis ornamentis vtuntur: tamen quemadmodum Turcæ oppidis & locis à ſe occupatis alia nomina imponunt, quæ ſcilicet viſtorias ſuas & imperij magnitudinem ad poſteros teſtaram faciunt, & priſtini ſtatuum

eorum